



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XCII. Prætextus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

conf. 251. n. 1. Matt. conf. 343. num. 2. Bero. conf. 120. num. 9. lib. 3. Regner. Sixtin. 2. conf. Marp. 14. n. 136.

CAP. XCI. Præteritum.

Axioma I.

De præterito in præsens præsumitur, l. non omnes 5. §. à Barbaris 6. ff. de re milit. cap. semel malus 6. de R. Lin 6. Castrenf. in l. non ignoravit. C. ad exhibend. & in l. ex persona. num. 5. C. de probat. Felin. in cap. in præsentia. num. 28. de probat. per text. in l. siue possidetis 16. C. de probat. Carpzovius p. 1. constit. 29. de fin. 8. n. 7. Vult. 1. conf. Marp. 15. num. 90. & conf. 22. num. 44. ut si quis rem habuerit, præsumitur etiam nunc habere, l. si quis ex Agentariis 6. §. ult. de edend. Donell. 25. comm. 4. Reinking. lib. 1. class. 2. cap. 2. num. 58.

Ut autem hæc regula procedat, requiruntur duo extrema, nempe præteritum verum, & præsens possibile: ita, verbi gratia, qui tempore præterito fuit subditus, adhuc subditus esse præsumitur, cap. præterea 10. de transact. & qui certæ olim fuit voluntatis & opinionis, ejusdem adhuc esse præsumitur, l. cum qui voluntatem 22. ff. de probat. l. cum 32. de donat. inter virum & uxorem. Menoch. de præsumpt. 6. præf. 37. & qui olim possidebat, possidere adhuc de præfenti præsumitur, Gloss. Bart. & Dd. in d. l. siue possidetis. C. de probat. Mascardus de probat. conclus. 195. vol. 3. ratio, quia quilibet in eo statu & conditione mansisse intelligitur, in quo ante fuit, l. si cui 7. §. isdem 2. ff. de accusat. Unde, sicut qui semel bonis moribus præditus fuit, præsumitur adhuc esse, ut supra lit. B. c. Bonus. ita etiam quem perseverare in malo, in quo fuit irretitus, dictum fuit sup. lit. M. cap. Malus. Quam regulam tamen fallere in iis, quæ solo temporis cursu mutantur, tradit Hilliger. 21. Don. En. 10. Zex Farinac. & aliis A. Barbos. in loc. argument. 85. itidem ex præfenti circa præteritum, præsumi patet ex l. si tamen 48. §. qui 3. de adilit. edict. l. si ut certo 5. §. custodiam 5. ff. commod. cap. cum per bellicam 34. i. q. 14. Menochius 1. de præsumpt. quest. 19. num. 6. quest. 24. num. 37. cum seqq. Gœdd. 2. conf. Marp. 28. num. 185. Præsumimus enim à præfenti in præteritum, cum tempus præsens connexitatem quandam habet cum præterito, inaxime in his, quæ contendunt ad non esse, ut voluit Bart. ad l. ex persona circ. fin. vers. primo casu C. de probat. Menoch. 1. de præsumpt. q. 24. n. 41. si quidem potest concurrere cum naturali veritate antecedentis, ac se hoc tempus præsens ad præteritum habere potest, ut finis ad principium. Gœdd. 3. conf. Marp. 33. num. 311. ita ex præfenti possessione in præteritum præsumitur, donec contrarium liquido probetur, & qualis nunc reperitur præfens status, talis etiam intelligitur antea fuisse, quamdiu ex contraria sufficienti probatione non apparet veritas alterius status præcedentis, l. ex persona 3. ibique gloss. C. de probat. Bart. in l. Celisus. num. 22. de usucap. Zasius conf. 6. num. 13. vol. 2. ubi contendit in remotissima etiam tempora.

fursum versum ex præfenti possessione aliquid præsumi durasse. Ita ex consequenti vitæ genere colligitur conditio vitæ ante acta, l. si qui 34. ibidemque Bald. C. ad Leg. Jul. de adult. & ex actu subsequenti arguitur præteritus, ut ait Alexand. conf. 15. in fin. vol. 7. ita qui nunc non est solvendo, præsumitur antea quoque solvere non potuisse, l. ex persona 3. C. de prob. & qui nunc est hæreticus, arguitur etiam antea hæreticum fuisse, Alberic. de Rosat. in l. cum qui bona. ff. de jur. fisci. Vult. 1. conf. Marp. 15. num. 145.

II.

De præterito præsumitur ad plus præteritum, cap. quia 10. dist. 28. l. quicumque 3. & ibi Bartolus num. 10. Cod. de Apoch. publ. Dd. in l. cum de in rem. ff. de usuris. Panormitanus in cap. literis. colum. 2. de præsumpt. Specular. in tit. de præsumpt. vers. sed pone. Cæpoll. conf. 96. num. 18. lib. 7. ubi concludit, id quod ab annis quadraginta in loco antiquo observatum fuit, & quidem in remotissima tempora fursum versum durasse, l. si arbitri 28. ibique gloss. ff. de probat. Bald. in cap. causam de præscript. quem sequitur Zasius d. conf. 6. num. 13. vol. 2.

III.

De præterito præsumitur etiam in futurum, l. siue possidetis 16. ubi Bart. Bald. C. de probat. cap. mandata 6. cap. scribam 9. extr. de præsumpt. Alciat. reg. 3. præf. 25. in pr. Francisc. Nicon. ad rubr. ff. de nov. oper. nunc. n. 11. Regn. Sixt. 2. conf. Marp. 13. num. 15.

IV.

Præterita non sunt iuvanda, Nov. 78. in fin. Epilog.

CAP. XCII. Prætextus.

Prætextus & causæ differunt, Polyb. lib. 3. Alberic. Gentil. lib. 1. de jur. bell. cap. 19. Tacit. 4. hislor. ibi: Libertas & speciosa nomina prætextuntur, nec quisquam alienum servitium & dominationem sibi concupivit, ut non eadem ista vocabula usurparet, Suetonius in Julio Cæsare. Prætextum quidem illi civilium bellorum hoc fuit, causas autem alias fuisse opinantur, cap. 30.

CAP. XCIII. Prævaricatio.

Axioma I.

Acceptio nummorum est prævaricatio veritatis, c. qui recit 66. caus. 11. q. 3. unde nec prævaricatores fidei ad testimonium dicendum admittuntur, c. non potest 2. quest. 7.

II.

Prævaricationes de facili incipiunt pro Legibus observari, nisi celerrimè comprimantur, cap. mala 3. dist. 8.

III.

Prævaricatio ineptè dicitur, cum puella votum castitatis contemnit, cap. puella 8. 20. q. 1. rectius prævaricari definitur, vera crimina abscondere, cap. si quem 8. §. notandum 2. q. 3. Non etiam est prævaricatio, incauti & temerarii iuramenti emendatio, c. definitio 17. 22. q. 4. conf. que ad ill. tit. d. racem. crim.

CAP.